Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



71

Neque enim uenit dnr soluere legem aut prophetas sed
adimplere. Habent enim columnae tabernaculi
bases aeneas. habent aurea capita. Quia nimirum apti
et apostolici uiri uerbis pphetarum in fide confirmati.
Sed ad uidendam faciem sui conditoris supernorum desideryo
rapti. Item capita aurea sed bases habent aeneas.
quia quaecumq; per dnm caelestis ibi auctoritate data
perceperunt. cuncta haec pridem pphetico eloquio pre
dicta esse sacramenta didicerunt. Sane quia de ori
entali plaga loquimur. uidetur opportunum commemo
rare aliqua de expositione uectis illius singularisque
ab angulo tabularum ad angulum usq; parietis alterius
porrectum esse. ac totum parietem constantissime ne ui
et inpulsu procellarum concuti atq; huc et illuc posset in
flecti continere iam diximus. Scriptum est in se
quentibus sacrae historiae ubi omnia quae dnr imperaret
moyses expleuisse narratur. Tx
Fecit quoq; uectem alium qui per medias tabulas ab an
gulo usq; ad angulum peruenirent. Hic ergo uectis
a prima tabularum summitate usque ad alterius late
ris summitatem per cubitos latitudinis tabernaculi
protentus esse credendus est. capite utroq; firmiter
tabulis inpositus. Et per hoc et tabernaculi plaga quae non
tabulis sed columnis constabat non minus fixa quam stare